

913 T. Mussidio Polliano | cos., pr., procos. provinc. | Gall. Narbon., tr. pl., q., | Xvir. stl. iudic., cur. viarum, | praef. frumenti dandi ex s. c.

Romae (VI 1466 aliquoties descripta saec. XVI/XVII). — Titulum non certum, sed probabile est esse temporum Augusti (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669 not. 5 fin.).

914 Q. Propertius Q. f. Fab. |

C. Propertius Q. f. T. n. Fab. Postumus | IIIvir cap. et insequenti anno pro | IIIvir.¹, q., pr. desig. ex s. c. viar. cur.², pr. | ex s. c. pro aed. cur. ius dixit³, procos. |

Q. Properti . . .

Romae (VI 1501 bis descripta saec. XVIII). — 1) Propertius videtur iterum functus triumviratu (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 676 not. 4), cum candidati deessent, id quod sub Augusto interdum accidisse narrat Dio 54, 26 sub a. 741. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669 not. 5. — 3) Iurisdictionem aedilium saepius praetoribus mandatam esse testatur Dio 55, 2 sub a. 726 (cf. Mommsen Staatsr. I³ p. 676 not. 1).

915 P. Paquius, Scaevae et Flaviae filius, Consi et Didiae nepos, Barbi et Dirutiae pronepos, | Scaeava¹, quaestor, decemvir stlitibus iudicandis ex s. c.² post quaesturam, quattuorvir | capitalis ex s. c.² post quaesturam et decemviratum stlitum iudicandarum, tribunus plebis, | aedilis curulis, | iudex quaestionis³, | praetor aerarii, | pro consule provinciam Cyprum optimuit, | viar. cur. extra u. R. ex s. c. in quinq.⁴, procos. iterum extra sortem auctoritate Aug. Caesaris | et s. c. missō⁵ ad componendum statum in reliquum provinciae Cypri, fetialis, | consobrinus idemque vir Flaviae Consi filiae, | Scapulae neptis, | Barbi proneptis, simul cum eā conditus.

Flavia¹, Consi et Sinniae filia, | Scapulae et Sinniae neptis, | Barbi et Dirutiae | proneptis, consobrina eademque uxor P. Paqui Scaevae, filii Scaevae, Consi | nepotis, Barbi pronepotis, | simul cum eō condita.

Histonii, ingens sarcophagus duplex, in quo duo tituli perscripti (IX 2845/6 vedit Mommsen). — 1) Ad hunc P. Paquium Scaeavam et uxorem eius Flaviam praeterea pertinent tituli urbani VI 1483. 1484. Stemma eorum dedit Mommsen IX l. c. — 2) Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 674 not. 1. — 3) Cf. supra N. 906 not. 2. — 4) Viarum curator extra urbem Romam ex senatus consulto in quinquennium (cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 669). — 5) Ser. missus.

916 Cn. Pullio [. . f. . . .] | Polloni, feti[ali, Xviro] | stlitib. iud. ex s. c., tr. pl., prae[tori], | procos. [pr]ovinciae Narb., [leg. imp. Caes.] | Augus[ti i]n Gallia Comat[a itemque] | in Aquita[nia], Athena[s] ivit ab imp. Caes.] | August[o] legatus in [Achaiam], Hvir. quinquenna[li . . .] | Claudi[e]nse[s].

Prope Bracciano ad S. Liberati, ubi sicut Forum Clodii (cf. N. 904), rep. (Mommsen revue de philologie 1890 p. 129 supplevit et commentario illustravit).

917 C. Cestius L. f. Pob. Epulo pr.¹, tr. pl., | VIIvir epulonum. | (*Infra*) opus apsolutum ex testamento diebus CCCXXX | arbitratu | [L.] Ponti P. f. Cla. Melae heredis et Pothi l.